C. 147

IVSTI LIPSI

EPISTOLARVM CENTVRIAE DVÆ:

Quarum prior innouata, altera noua.

His iuncta eſt eiuſdem Inſtitutio Epiſtolica.

771

Expurgado conforme al expurgatorio del año de seis y siete: de comm.on del S.to off.o

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

LVGDVNI,

IN OFFICINA HVG. A PORTA,

APVD FRATRES DE GABIANO.

CIↃ. IↃ. XCVI.

AD PRÆTOREM,

CONSVLES,

ET

SENATVM REIP. VLTRAIECTINÆ.

Viri Nobiles, Viri Prudentes,

EPISTOLAS meas aliquot, quas his diebus collegi, & errantes redegi ſub vnum huius Centuriæ velut ſignum, viſum mihi in lucem dare: *idque ſub tutelâ nominis veſtri*, Cauſſam habui duplicem. Prior eſt, quia lucem aliquam tenui huic & per ſe obſcuræ ſcriptioni conciliare conatus ſum à luce veſtrâ: quorum antiqua, potens, & amœna vrbs ſplendet *inter Belgicæ primas*: vóſque in eâ, per prudentiam & virtutem. Cauſſa altera, quòd beniuolentia veſtra huc me impellit & comitas, quâ publicè ac priuatim inſigni ſemper in me vſi. Omitto amicitias, quæ mihi cum pleriſque veſtrorum

IVSTI LIPSI EPISTOLARVM CENTVRIA I.

EPIST. I. *Louanium.*

CORNELIO VALERIO S. D.

VITÆ genus, quod à reditu elegeram, & indicaui præſens tibi, mi Valeri, & probaui. quietum iſtud, modeſtum, latens, remotum ab ambitu & à curis. Et iam ingreſſus ſeriò eram. cùm (ecce ſubitam vim Fati) vereor vt ſubitò id mutem. Nam tempora quæ impendeant, vides; & quæ tela improuisò exorſa ciuiliũ bellorum. quæ ſi pertexitur, & niſi ſtamen eius ac ſubtemen pax aliqua abrumpat, ſtare mihi diutius non licitum in hoc loco. Quomodo enim? expoſito cottidie non rapinis ſolùm militum, ſed iniuriis. quorum quàm libera licentia ſit, noſti. Heu vitæ legem! cui annexum, angi & dolere in omni ſorte. Itaque agellos iſtos mente iam deſero, & ſpecto Grudios veſtros, non planè inuitus, fateor, cùm te cogito & Canterum noſtrum: quem tamen audio & doleo in lento eſſe

IVSTI LIPSI
EPISTOLICA
INSTITVTIO,

Excepta è dictantis eius ore,
Anno ∞.IↃ.LXXXVII.
menſe Iunio.

*Adiunctum eſt Demetrij Phalerei
eiuſdem argumenti
ſcriptum.*

IVSTVS LIPSIVS FRANCISCO RAPHELENGIO SVO S. D.

QVANDO ita vis, fiat. Ede libellū, potiùs quàm vt alius alibi eum edat: quod ais te comperiſſe. Ego tamen non in hanc ſpem genui: & ſcis ex temporali curâ ferè ante annos quatuor dictata hæc nobis, idq́; in vſum captúmque ſaltem iuuentutis. Iis ipſis multa vtiliter tunc interfati ſumus aut miſcuimus, quæ hîc non habes, illuſtrandæ ſcilicet rei aut firmandæ. Nam hæc breuia. quæ tamē ipſa, quoniam vſui etiam aliis eſſe poſſe, tu aliíq́; cenſent: age, non inuideo, communica, ſed hac lege, vt

Ἐκ τῶν Δημητρίου Φαληρέως περὶ Ἑρμηνείας.

Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ ἐπιστολικὸς χαρακτὴρ δεῖται ἰσχνότητος, καὶ περὶ αὐτοῦ λέξομεν. Ἀρτέμων μὲν οὖν, ὁ τὰς Ἀριστοτέλους ἀναγράψας ἐπιστολάς, φησιν, ὅτι δεῖ ἐν τῷ αὐτῷ τρόπῳ διάλογόν τε γράφειν καὶ ἐπιστολάς· εἶναι γὰρ τὴν ἐπιστολήν, οἷον τὸ ἕτερον μέρος τοῦ διαλόγου. καὶ λέγει μέν τι ἴσως, οὐ μὴν ἅπαν. δεῖ γὰρ ὑποκατεσκευάσθαι πως μᾶλλον τοῦ διαλόγου τὴν ἐπιστολήν. ὁ μὲν γὰρ, μιμεῖται αὐτοσχεδιάζοντα. ἡ δὲ, γράφεται καὶ δῶρον πέμπεται τρόπον τινά. τίς γοῦν οὕτως ἂν διαλεχθείη πρὸς φίλον, ὥσπερ ὁ Ἀριστοτέλης

EX DEMETRII PHALEREI DE Elocutione.

QVONIAM verò & Epiſtolicus character Exilitate indiget, etiã de ipſo dicemus. Artemo igitur, is qui Ariſtotelis epiſtolas collegit & euulgauit, ait *eodem modo oportere Dialogum & Epiſtolas ſcribi. Eſſe enim Epiſtolam quaſi alteram Dialogi partem.* Et aliquid quidem dicit, non tamen omnia. Oportet enim epiſtolã paulò magis adornari & quaſi extrui, quàm Dialogum. Iſte enim imitatur neglegẽter & ex tẽpore dicentem: illa autem ſcribitur, & aliquo modo mittitur quaſi donum. Quis igitur ita ſermocinetur cum amico, ſicut Ariſtoteles

ad

LVGDVNI,
EX TYPOGRAPHIA
Hæredum Petri Rouſſin.

CIↃ. IↃ. XCV.